Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

magnifice delectati. Cumque cessassent
et cum gaudio redirent: cognoverunt
nycanorem ruisse cum armis suis.
Facto itaque clamore et perturbatione ex
citata: patria voce omnipotentem do
minum benedicebant. Precepit autem
iudas qui per omnia corpore et animo
mori pro civibus paratus erat. caput
nycanoris et manum cum humero
abscisam ierosolimam perferri. Quo
cum venisset: convocatis contribulibus
et sacerdotibus ad altare. accersit et ad
eos qui in arce erant: et ostenso capi
te nycanoris. et manu nefaria quam
extendens contra domum sanctam omni
potentis dei. magnifice gloriatus est.
Linguam etiam impii nycanoris pre
cisam iussit particulatim avibus da
ri: manum autem dementis contra tem
plum suspendi. Omnes igitur celi
dominum benedixerunt dicentes. Benedictus
deus qui locum suum incontamina
tum conservavit. Suspendit autem ny
canoris caput in summa arce. ut
evidens et manifestum esset signum
auxilii dei. Itaque omnes communi con
silio decreverunt. nullo modo diem istum
absque celebritate preterire: habere autem cele
britatem tertia decima die mensis adar.
qui dicitur voce syriaca. pridie mar
dochei die. Igitur his erga nycanor
em gestis. et ex illis temporibus ab hebreis
civitate possessa: Ego quoque in his
finem faciam sermonis: et siquidem
bene ut hystorie competit. hoc et ipse velim.
Si autem minus digne: concedendum est
mihi. Sicut enim vinum semper bibere
aut semper aquam contrarium est. alterius
autem uti delectabile: ita legentibus si
semper exactus sit sermo. non erit
gratus. hic ergo erit consummatus.

Expliciunt libri Machabeorum.

Nemo Prologus ysaie. cum prophetas viderit
versibus esse descriptos. me
tro eos estimet apud
hebreos ligari. et aliquid
simile habere de psalmis vel operibus sa
lomonis: sed quod in demosthene et tul
lio solet fieri. ut per cola scribantur et co
mata: qui utique prosa et non versibus
conscripserunt. Nos quoque utilitati
legentium providentes. interpretationem
novam. novo scribendi genere distin
ximus. Ac primum de ysaya sciendum.
quod in sermone suo disertus sit: quippe
ut vir nobilis urbane elegantie: nec habens al. eloquentie
quicquam in eloquio rusticitatis admix
tum. Unde accidit ut pre ceteris florem
sermonis eius translatio non potue
rit conservare. Deinde etiam hoc adici
endum est. quod non tam propheta. quam
evangelista dicendus sit. Ita enim uni
versa Christi ecclesieque misteria ad liqui
dum prosecutus est: ut non eum de
futuro putes vaticinari: sed de preteri
tis hystoriam texere. Unde conicio
noluisse tunc temporis lxx interpretes
fidei sue sacramenta perspicue ethni
cis prodere: ne sanctum canibus et margari
tas porcis darent. Que cum hanc
editionem legitis: ab illis animadvertetis
abscondita. Nec ignoro quanti labor
is sit prophetas intelligere: nec facile
quempiam posse iudicare de interpre
tatione. nisi intellexerit antequam legit.
Nos quoque pateremur morsibus plurimorum:
qui stimulante invidia. quod consequi
non valent. despiciunt. Sciens ergo
et prudens in flammam mitto manum:
et nichilominus hoc a fastidiosis lec
toribus precor: ut quomodo greci post lxx
interpretes aquilam et symmachum
et theodotionem legunt. vel ob studium
doctrine sue. vel ut lxx magis